

3

ILLVSTRISSIMO

AC REVEREND.<sup>MO</sup>

D.

D. ALEXANDRO

PERETTO,

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO,

Domino suo colendissimo.

*Maurus Antonius Berarducius, Perpetuam Felicit.*



ON est opus tam Magnificum, tamq̃;  
excellens, Illustr. & Reueren. Domine,  
hominibus factum, vt inuidorum, ac de-  
tractorum linguis non sit expositum.  
Et quo maiora fuerint, quæ gesserit ho-  
mo, quoque magis videbuntur gloriosa,  
& præclara, eo magis inuidiæ patebunt, ac deinde obtre-  
ctationibus, & calumnijs persequuntur. Vt merito Eccle-  
sias c. 4. dixerit. Rursus contemplatus sum omnes la-  
bores hominum, & industrias animaduerti, patere inui-  
diæ proximi. Euidens mihi exemplum offertur in ijs, qui  
in scribendis libris, non tam vt suum nomen a posteris ce-  
lebretrur, quam vt nonnullam suorum laborum partem im-  
pertientes vtilitati eorum consulerent. Quis horum quan-  
tacunque fuerit rerum scientia instructus, aut facundia or-  
natus, aut eloquentia præditos, penitus inuidiam euadere  
potuit? nonne hac nostra tempestate cernimus, etiam an-  
tiquissimorum auctorum, qui per plura secula ab inuidia  
quieuerunt, scripta ab exurgentibus nouellis sciolis cedi,  
conculcari, radi, discerpi, lacerari? Quid dicam? cum nec  
illi, quorum calamum diuinus ille direxit spiritus, om-  
nium artifex, omnem habens scientiam, omniaque pro-  
spiciens,